

pro vera, aut regula actionum humanarum non habet, ex sola ratione, & illo lumine quod saltem apud plerisque, & cultissimas nationes agnoscitur, informandum sit: tali tamen modo in christiano orbe scribere, & fundamentum iuris divini revelari, postponere, aut negligere, non adeo necessarium est, Turce, atque Ethnici libros nostros latinos, aut alia lingua conscriptos non legunt: cum illis efficacius quidcumque maximo, & gladius, aut, si quid cum isleum spero commercis, & similibus negotiis tractetur, principia iam nota sunt, & horum præcipuum, nempe utilitas, mutua subtili disceptatione haud constat: Hæc ubi claudicat, aut cessat, frustra ratiocinari instituit. Enim vero e recentibus hypothesebus (contra mentem quidem & scopum Auctorum) præterea nostra, & verbum Dei quiete magis assidens, incertitas animum arripit, ut veteres regulas, quæ apud ipsos tamquam Christianos merito valebant, debeat, non amplius magis agi assinet; remittens autem haud constanter fidem addit, & per aliter quam quatenus exposcit. Unde & hodie plures quam unquam alias, clantur homines qui Principum, ac Rerumpublicarum destinatis qualibuscumque laxis illis, & per probabiliter corruptis principis facile assentiri, colorem allinere possunt.

V. Non negat Pufendorfus se hac via inaccessibile, quin aperte id fatetur, & hanc suam methodum propugnat, ut veram, his verbis ibidem. Igitur nihil iniquissimè videbimus, si parem libertatem, quam in alios sibi sumpsi Sekendorfus, in ipsum quoque exerceamus. Pufendorfus igitur meus est, in universale deducendum esse e principis lumine rationis cognitum, quo illud sit ad captum omnium hominum, quancumque circa sacra persolvendum foreant, quod idem idoneum sit ad dirigendam omnium inter se hominum actionem, nullo religionis discrimine. Hominum societatem moderari magister Pufendorfus contendit, nullo religionis discrimine. Hoc est Lutherane Reformationis unum ex confectariis, de quo iam iam dicturi sumus, quam monstrosum sit. Factum propositum confirmandum non est.

VI. Christianus Thomaeus in suo opere inscripto, *Fundamenta iuris naturæ, & gentium, ex sensu communi ducta*, cap. proem. §. 17. hæc scribit. Debitus etiam Scriptores iuris naturalis, utpote quod cordibus omnium hominum inscriptum est, abstrahere a revelatione, & scriptura sacra; cum natura, & revelatio, tamquam aëria principia, non sint confundenda. Sed paucissimi

quidem id observarunt. Quin potius communiter Scriptores iuris naturæ magno cumulo immiscere solent loca Scripturæ; quævis plerique diverfas habuerint intentiones scholasticæ doctores, ut sub pretextu vel divini conscientiam hominum magis sub tyrannide teneant, ac tum rationibus eas ligare non possent, auctoritatibus falsarum sacre Scripturæ interpretationem eas tenerent.

VII. Similia & peiora repetit ibidem §. 10. Nunc vero cum eadem satum Pufendorfus satis expertus fuerim, provocatione ad sacram Scripturam magis irritari crabrones, quam si ea abstinuerit, & præterea hæc illa positiva universalis a meipso iam iterum fuerit destructa, ac denique hypothese ista de fundamento iuris naturæ in statu integritatis querendo iam sit fere sepulta: ratio iuris naturæ modo dicta suadet ut a sacris litteris, & a statu integritatis plane abstraham. . . . Ut rectam Scripturæ sacre scopum esse vitam felicem futuri saculi, doctrinam autem moralem, & totam irrisprudentiam intendere solent VERAM felicitatem vitam præferunt. Audisti doctrinam hominis Lutherani? Veram tibi spondet in hac vita felicitatem, missa doctrina revelata, quæ futuram beatitudinem spectat.

VIII. Ioannes Barbeyracus in præfat. ad opus Pufendorfii §. 32. abstrahendum a divina revelatione in tradenda iur. nat. scientia suadere nititur. Idque ille ipse decantat in præfat. ad tractatum *Moralis SS. PP.* pag. 8. ubi contra P. Cellier scribit: *Ius naturale, & morale, nixum solo rationis lumine, se tractasse in universa sua præfat. ad Pufendorfium.* Sed, quid Auctoris illius in audacia, & impudentia Thomæus haud inferioris, verba transcribo, si omnes & Latinorum Scriptores contemnit, omnemque auctoritatem de medio aufert.

IX. Heinnecius in præfat. ad elementa iur. nat., At, si dicendum quod res est, boni illi viri vix secum expendisse videntur, quam parum ponderis apud gentes, iuris Romani ignaras, & a christiana pietate alienas, habitura sint argumenta, ex iure Iustiniano, sacris Pandectis, iure Pontificio, Thomæ, Alberti Magni, Bonaventuræ, & aliorum operibus deproptata. Apud Plautum Mostell. III. l. vers. 29. consilium a domino Theopride, Tranio servus, quid nunc sciendum censeat, quando ea omnia facta neget vicinus que ipse retulisset? lepide, ac percallide respondet.

Ego!

Ego! quid censeam?
Cape, obsecro hecete te, cum eo una iudicem?
Sed cum videro ut capias qui credat mihi.
Tam facile vives, quam vulpes pirum comest.

Idem vereor ne pollutent ii qui se iura belli, pacis, fœderum, omnesque, que inter gentes intercedere possunt, controvertant, vel ex legibus Romanis, vel ex iure pontificio, vel ex iuris veteris, novique fœderis libris, vel denique ex vallis Philosophorum scholasticorum commentariis se loquuntur vel pollicentur. Iudices enim potulant eos qui his libris, sibi, que eorum auctoritate fretis, credant: pollicenturque victoriam tam facilem, quam si vulpes pirum comedit. Quid vero, si gens quædam cum Turcis, vel Sinenibus, vel Iaponibus de violatis fœderum legibus expolulet? His sollicit facile perlicem futuri saculi, doctrinam autem moralem, & totam irrisprudentiam intendere solent dicam Iureconsulti, aut Pontifices Romanis, vel Thomas Aquinas, sed ipsi Prophetæ, ac Apostoli scripserunt. At ego dicam eos credo non facilius conlocaturis ac Turcas, si Mahumetem, aut Sinenes, si Confucium suum nobiscum iudicem capere velent.

X. De Christiano Wolfio non est quod textus transcribam. Iam supra ostendimus fuit, Auctorem hunc sola methodo mathematica iuris naturæ regulas tradere: & facto res conat. Percurritur sex iuris naturæ Tomos: vix unam aut Scripturam, aut Patrum auctoritatem offendens, ad quam seu ad supremum tribunal, in causa dubia litem revocet. Scripturam, quos hoc in capite recentii, methodum sequuntur ceteri fere omnes heterodoxi Scriptores. Lutheranis, qui Scripturam, & antiquitatem ecclesiasticam ubique iactabant, iam Scripturæ, & antiquitate amandatis, ad facta demonstrationes mathematicas morum regulas exigunt.

CAPUT IX.

Hobbesii, Cumberlandii, Pufendorfii, Thomæ, Heinneicii, Barbeyracii, Wolfii, & aliorum, abstrahentium a doctrina revelata in exponendo naturæ iure, aberrationes patefiant.

I. UT Lutheranorum aberrationes nos, post expolitum in media luce factum, cui tota innititur causa que est in manibus, illo: nempe missa doctrina revelata, solo

naturæ lumine dirigere humanam societatem, disputandi ratio pollutat ut ideam iuris humanæ naturæ promamus, eundem vires, morboque sincere exponamus. Neque enim idoneam porrigere agro medicinam medicus potest, nisi infirmitatis naturam comperit habeat: nec pericula apra applicari oculo valent, nisi gradus visionis, esse debilitatis & hebetudinis ocularis pateat. Ut in malorum & infirmitatum naturæ humanæ descriptione ordo aliquis servetur, primum corporis, post animi agilitudines exhibebo.

II. Hieronymus Olorius eleganti oratione humanæ naturæ infirmitates describit. Ut enim, inquit ille *Lib. I. cap. I. de iustitia celesti*, a natali cuiusque die capiamus exordium, & omnes vitæ partes oratione perscrutantes, tandem ad illius exitum veniamus: horam nullam videbimus aut dolore vacuam, aut labore solutam, aut mentis liberam, sed ætatem omnem molibus, difficultatibus, & infinitis calamitatibus, aegroribus involutam. Vitæ initium a fetu ducimus, membrisque devinctis, in terram abiecti, vium dolorum ingredimur. Cetera animantia prædidit naturæ testæ, atque vestita in lucem prodeunt. Homines nudi, omnibus egentis, in mundum venientes sua primordia misera & ærumnosa siccibus laborantur. Si quæ teneram ætatem morborum incommoda comitantur, lætæ, vix persequi oratione vales. Quæ tua nutrices, que sollicitudo parentes afficit? Quibus vitæ periculis obnoxii pueri non sunt? Pubertatem cum attingunt, quæ affectuum perturbatio, quæ amorum, voluptatumque procellæ animum & agitant: Illecebæ, voluptates, pecunia & doloribus emptæ, necesse incidunt. Quid, cum adulta ætate imperandi, dominandique libido animum inflamat, invidia consistit, odium arriat, consumitque? Quid, cum varia, multiplex, & infinita cupiditas spiritum invadit, ipsamque naturam tot morbis oppressam dilacerat? Quid si temperantes illas turbulentissimas, quæ varios status auptorum, mercatorum, imperantium obident, commemoraverit? Adde lubricam amicorum fidem, sociorum proditores, rerum civilium turbines, paupertas, inopia, atque miseriarum fluctus. Adde cædes, infidias, supplicia, dedecus, ignominiam, & reliqua mala, quibus vita florens, vel momento temporis quasi impetu quodam turbida tempestatis obruitur, vel in luxuria laborum omnium contentione tandem absumitur. Quid autem ipsius ætatis

extre-

extrema morbos, atque molestias, & corporis exhausti deformitatem referam? Quid denique cadaveris ipsius horrificam speciem terribi coloribus depingam? Est ne aliquid vel in odore putidius, vel aspectu truculentius, vel contagione periculosius, vel deformitate horrendius? Sic igitur in summa vite brevitate vis ingens malorum circumquaque obfidet: laborem labor excipit: dolor ex dolore nascitur: merorem atque lacrum saepe gravior quidem luctus conquiretur: inhiat corae, moleste, sollicitudines animum opprimunt, eumque frangunt, atque debilitant, & de omni statu delinunt. Quamvis autem animus aliquando in tantis malis falsa quadam boni specie commotus inaniter exultet, & futili letitia in temperant elatus gaudiat, non tamen unquam solidum gaudium capit. Amittendis enim quae possidet, metu cruciatur: & cum quod valde expendendum iudicabat, effluere id repente sentit, dolore conficitur; frustra tandem intelligit, non veram se esse, sed falsam & inanem voluptatem fuisse conlectatum, ac infinitis periculis, & morbis animi contabescit. Semper itaque brevissimum gaudium gravis, & diuturna agritudo contaminat. Licet enim mors animantia cuncta populeat; nullum tamen est homine vel pluribus mortis ipsius telis expositum, vel graviore eiusdem sentis cruciatum. Unde colligitur nihil esse in terris homine calamitosius. Est enim hominis vite imaginis similis & umbra, atque, ut Pindari verbis utar, cum umbra somno comparanda. Illius cupiditas nullo termino circumscribitur. Semper animus humanus eget: semper aliquid cum sollicitudine inquiri. Expetit honores, exquiri voluptates, imperia inestatur. In ore hominum cum gloria & dignitate versari desiderat. Ex quo planum fit, omnes homines impetu quadam naturae vim sempiternam, & ops immortalis appetere, ipsiusque Divinitatis inextinguibile studio ardentissimo concitari, usque adeo ut sceleratissimis etiam hominibus hic ardor mentis inhaereat. Omnes enim immortalitatem appetunt, summaque vim atque sempiternam desiderant: eoque de causa multa, & praecleara facinora moluntur. Quid igitur? Num homines ad infinitum tantum miseriam? Numquid melioris conditionis spes penitus illis abiicienda? Absit. Sed illorum furore, & amentia fit ut, quo magis ad beatam vitam omnibus corporis, & animi viribus entuntur, eo magis in vite pestem atque perniciem incurant. Hactenus, pau-

tis demptis, & immutatis, doctissimus Orosius.

III. Heterodoxorum acuti Scriptores septemtrionales solo rationis lumine, solique praesidiis a naturae iure derivatis, in hoc omnium miliarium exilio, in hoc caliginoso carcere tranquillos, atque felices effecere homines, eosque per tam procellulosum mare, per tam obscuro tenebrosamque viam ducere ostentant ad pacis, & quietis fructum. Verum, ut eorum aberrationes evidenter pateant, lubet animi agilitudines, seu corruptos mores paulo fufus recensere.

CAPUT X.

Corrupti humanae naturae mores ex S. Augustino describuntur. Mystrionum formidandum vita hominis. Sapientis Ethnicorum, hominum mala videntur, causam ignorantur. Quam sint caci Heterodoxi, Hobbesius, Cumberlandus, Pufendorfus, Thomafius, Barbeyracus, Wolfius, Heinecius, ceterique, qui solo natura lumine moderari hominum societatem inspicienter se iactant.

I. Capite superiore mala potius physica, quae naturae imbecillitatem continentur, quam moralia, quae animam continentur, breviter ex doctissimo Orosio delibavi. In praesentis ex Augustino morum corruptionem, atque horrendam deformitatem describere lubet. Porro S. Pater Lib. XXII. de Civ. Dei cap. xxii. haec scribit. „ Nam quod ad primam originem pertinet, o-mnium mortalium progeniem fuisse damnatam, haec ipsa vita, li vita dicenda est, tot & tantis malis plena, testatur. Quid enim aliud indicat horrenda quaedam profunditas ignorantiae, ex qua omnes error exiit, qui omnes filios Adam tenebrosos quodam sine suscipit, ut homo ab illo liberari sine labore, dolore, timore non possit? Quid amor ipse toto rerum vanarum, atque noxiarum, & ex hoc mordaces cure, perturbaciones, mercores, formidines, insana gaudia, discordiae, lites, bella, insidiae, iracundiae, inimicitiae, falsae, adulatione, frans, furtum, rapina, perfidia, superbia, ambitio, invidentia, homicidia, parricidia, crudelitates, levitia, nequitia, luxuria, petulantia, impudentia, impudicicia, fornicaciones, adulteria, incesta, & contra naturam urisulque lexus tot supra atque immunditiae, quas turpe est etiam dicere, sacrilegia, haereses, blasphemiae, periuria, oppressiones innocen-

tium,

tium, calumniae, circumventiones, praevicaciones, falsa testimonia, iniqua iudicia, violentia, latrocinia, & quidquid calum malorum in mentem non venit, & tamen de vita hominum non recedit? Verum haec hominum sunt mala; ab illa tamen erroris, & perversi amoris radice venientia, cum qua omnis filius Adam nascitur. Nam quis ignorat cum quanta ignorantia veritatis, quae etiam in infantibus manifesta est, & cum quanta abundantia vanae cupiditatis, quae in pueris incipit apparere, homo veniat ad hanc vitam; ita ut, si dimittatur vivere ut velit, & facere quidquid velit, in hac facinora, & flagitia, quae commemoravi, & quae commemorare non potui, vel cuncta, vel multa perveniat? Sed divina gubernatione non omni modo delerente damnatos, & Deo non continente in ira sua miserationes suas, in ipsis sensibus generis humani prohibito, & erudito contra illas, cum quibus nascitur, tenebras vigilant, & contra hos imperios opponuntur, plene tamen etiam laborum, & dolorum. Nonne hic apparet in quid velut pondere suo proclivis, & prona fit vitiosa natura, & quantum a ope, ut hinc liberetur, indigeat? Ab huius tam misere quasi quibusdam infersis vita non liberat nisi gratia Salvatoris Christi Dei, ac Domini nostri.

II. Pauca alia ex eodem S. Augustino Lib. IV. contra Julian. cap. xii. transcribo. Vide vix, utrum ista quae dicam, non evertant assertionem tuam. In Lib. III. de Republica idem Tullius hominem dicit, non ut a matre, sed ut a nocera natura editum in vitam, corpore & vultu, & fragili, & infirmo, animo autem nociva ad molestias, humili ad timores, molli ad labores, prono ad libidines; in quo tamen inest tanquam obrutus quidam divinus dux ingenii, & mentis. Quid ad haec dicit? Non hoc Auctor iste male videntium moribus dicit effectum, sed naturam potius accusat. Rem videt (Tullius), causam deservit.

III. Licet & mihi post Orosium, & Augustinum nonnulla de vita hominis dicere, ut planiorum mihi ad Lutheranos, de iure naturae disputantium, insipientiam demonstrandam viam sternam. Duae in homine substantias considero, corpoream unam, spirituales alteram. Naturae ordo postulat ut inferiori mediis, media supremis, obediunt, videlicet corpus animae, anima Deo. Istius ordinis perturbacionem homines, nemine excepto, sentiunt. Bellum illud, non dicam civile, non domesticum, sed intestinum,

quod inter has duas substantias ardet, iusta illa immanis diurna atque nocturna, qua caro in spiritum, & in carnem spiritus decerant, turbatum naturae ordinem offendit. Recta ratio pro tribunali fedet, obedire superiori inferiorum imperat, lites dirimere, turbulenta consista, praeva molimina, & perditionis machinationes auferre sagat. Imperat aeniam manus, oculo, pedibus, corpori universo; & imperio responderi obsequium. Ad nutum animi movetur, sedet, manducatur, bibit corpus. Imperat sibi animus, & non fit quod imperat. Pugnat secum animus, quasi in duos divitis hostes, qui mutuas perpetuas, atque valerrimas adversus semet ipsos fruunt invidias. Nihil tam distans a spiritui quam corpus; & tamen hoc illi falces submitit, obsequiumque praestat. Nihil tam sibi intimum, quam animus sibi; & tamen imperio animi non parat animus; sed animus veluti in animum affurgit, modo deprimit, & modo deprimitur; nunc hic palmas ostentat, nunc ille recepta vulnera patet; modo condidit, modo erigitur. Pax sancitur, & statim rumpitur. Doli, fraudes, proditiones, praedicia continua. Haec sunt portenta formidanda, quae ipsius Augustini aeterni, tametsi acutissimam, obtundebant. Audiamus eiusdem verba. Unde monstrum hoc? & quare istud? Imperat animus corpori, & paratur statim: imperat animus sibi, & resistit. Imperat animus ut manum manum; & tanta est facilitas, ut vix a seroitio discernatur imperium; & animus animus est; manus autem corpus est. Imperat animus, ut velit animus, nec aliter est: nec facit tamen. Unde hoc monstrum? & quare istud? Imperat, inquam, ut velit, qui non imperat, nisi velit, & non fit quod imperat. Sed non est tota vita: ergo non ex toto imperat. Quam voluntas imperat, ut fit voluntas, nec alia, sed ipsa; non utique plene imperat: nam, si plene esset, nec imperaret ut esset, quia iam esset. Non igitur monstrum parum velle, parum velle: sed quidem veritate sublevari, consuetudine praeparari. Et ideo sunt duae voluntates, quia una eorum tota non est: & hoc adest alteri quod dest alteri.

IV. Edisserant nobis recte rationis falsi exaggeratores hocce naturae arcanum. Imperat sibi animus, ut a seorsu de sui felicitatis viam excogitet, ut lecum per horam meditetur, ut vulnera sibi a conscientia inflicta consideret, ut mentem sursum elevet, ut sine naturae auctorem contempletur, cum eodem colloquatur. Denuntio imperio a

vo-

voluntate, mens, imperio excusso, terga veritatis, & in remotissimas regiones avolat, ibique in rebus omnino diversis, vanis, ineptisque detinetur; non fecit ac illi qui serio homines alloquentes, vel audientes, si feles, aut catellus occurrat, hominum dimisso colloquio, cum catello, vel fele colloquatur, nugarur, iocatur. Suae abstractionis, inurbanitatis, atque indignitatis admonitus animus, ad se revertitur, & ante Domini maestatem deo prostratus, veniam rogat. Vis obtenta venit, iterum aufergit, & in longinquorem pergit regionem. His perpetuis vicissitudinibus obnoxius animus est, & continuis diffidiis, luctis, pugnisque dilaceratur in partes eo ipso tempore quo Deum suum alloquitur, precatur, atque cum eo unicum salutaris via negotium agit. Quid ad haec novi Sapientes Lutherani? Solo naturae lumine utrique rursus inurbanitatis hominem arguent, & noxae gravitatem exaggerabunt. Ad istius societatis humane naturae ordinem nunquid unico naturae lumine, rectaeque rationis solius usus inflauit, moderabuntur? An humanam societatem in ordinem redigent, continebuntque, si ab ordinis principio, nempe Deo, homines huc atque illic aberrantes divagantur? Graeci, Latinique Sapientes ethnici haec omnia quo indicavi, viderunt, sed causam nescierunt, inquit Angulinius. Verum ad hoc quod pertinet, notius clarius, & pressius urgebo adversarios.

V. Interim tu, lector christiane, serio meditare (laber enim te digestionem paululum alloqui) quam formidandum, tremendumque mysterium fit homo super terram. Miles est in campo hostium circumdatus multitudo. Confictus perpetui aëre inducis, infidiae, proditionis, certamina sine intermissione. Navis est in medio mari, hinc procellis, fluctibus, turbinibus, illic piratis, proditoribusque exagitata. Fremente aëquarum strepitu, caelum obnubilatum tonitrua, fulgura, sagittaeque iaculantur. Fausso sidere coruscante, recta portam versus tendit, at perpetuo subiecta naufragii periculo. Splendidissimam supra aspicit coronam, regale diadema, amplissimum imperium, felicitatem sempernam. Infra respicit flammarum voraginem, sulphuris torrens, fletus, ululatus, erumnas, tormenta infinita. Et, dum portu portu exilium tenere credit, in ire, libidinis, vindictae turbine, qui navem submergit, aeternae naufragio periclitatur homo, perpetuis suppliciiis cruciandus. An non tremendum, formidandumque mysterium istud?

Illud profunda animi demissione meditare, o homo, & cum timore, ac tremore negotium salutis tuae operare, nullis reculis. Brevissima digressivacula opportuna visa est: quidquid morosi homines dicturi sunt.

VI. Labet hoc omnia auctoritate ethnici Ciceronis confirmare, ut evidentius percipiant Protestantes Iurifconsulti suam causam aberrationem. Itaque Lib. III. *Tuscul. sub init.* haec scribit. *An quod corporis gravitatem, & dolorem animi iudicamus, animi nunc ab eodem corpore non sentimus? Ita fit ut animus de se ipse tum iudicet, tum ad ipsum, quo indicatur, egrotet. Quod si tales nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri & prospicere, eademque optima duce cursum vitae conficere possemus, haud erat sane quod quisquam ratione, ac doctrina requireretur. Nunc parvulus nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusque depravatis se vestigimus, ut nusquam naturae lumen appareat. Sunt enim ingenii nostri semina innata virtutum, quae si adolescere licent, ipsa autem simulque editi in lucem, & suscepti sumus, in omni continuo gravitate, & in summa opinione pervertitae versamur, ut pene cum lacte matris errorem lucis videamus. Quomodo vero parentibus redditi, id est magister traditi sumus, tum ita vasis imbui mur erroribus, ut vanitati veritas, & opinioni confirmata natura ipsa cedat.*

CAPUT XI.

Usus rectae rationis in iure naturali explicando. Duo extrema vitanda. Humana natura fundus est, in quo suas agit radices naturae suae. Qui veneficus ipse soli qualitates ignorans, inepti sunt ad explicanda iuris naturalis dictata. Heterodoxi, Hobbesius, Pufendorfius, Thomafius, Wolfius, Heinnecius, a revelata doctrina abstrahentes, soli rectae rationi mixti, ceteros Ethnicos sunt, quod medicinam unicum morbo opportunum negligant. Istorum methodus Pelagianismus, & Naturalismus vocet. Errores vsusque evulgati contra ius naturale.

Q. Uorsum, inquit morosi censores, quae latius duobus superioribus capitibus disputata sunt? Quorsum, percontergo, exacta infirmitatis descriptio, antequam definitur quae medicina infirmo sananda exhibenda sit? Fundus, in quo Deus iuris naturalis semina sparxit, natura humana est, his gravata morbis, quos duplii capite indicavi. An non stultus haberetur medicus qui homi-

homines immani lue affectos sanare deliberaret, nulla petis haabita ratione? Haec ipsa stultitia laborant Hobbesius, Cumberlandus, Pufendorfius, Thomafius, Barbeyracus, Heinnecius, Wolfius, qui perturbatam, confusam, fractamque societatem humanam, & fevissima originali culpa peste laetantam sanare, qui homines felices, tranquilloque radere, aequabili devincire lumine dirigere, superciliose contendant. Porro hoc naturae lumen peccatum originale, omnium malorum principium, nec a longe cognoscit; quin hoc ipsum lumen ab eodem crimine ipsius circumfusum tenebris est, adeoque obtusum evasit, ut vel ipsius iuris naturalis non pauca precepta sepius inexcusablem ignoret. Heinc apparet, inquit istorum hominum insipientia. Verum, ut haec omnia in apicem producam, tribuenda sunt in partes suas.

II. Recte rationis usum adhibendam in omni scientia esse, etiam revelata, nedum in morali Philologia, nemini illi qui rationes caret, ire nihilias potest. Hoc argumentum fuisse, ac eruditae de more versant Melchior Cano Lib. VIII. *de loc. theolog.* Daniel Huetius in *quaestibus Achetanis de concordia rationis, & fidei*; Animadvertit laudatus Cano, duo in hoc genere fuisse extrema, ambo vitanda. Unum eorum qui usque adeo argumentum a ratione ductis addiderunt se, ut, si vive disputent, sive scribant, Scripturam sacram prius negligant. Fuerunt, suntque, qui ipsas theologicas disputationes sophisticis, ineptique rationibus transigere in delicias habent. Alterum extremum illorum est qui solis sacraam Scripturam testimonio omnia destinant. Illi *Pelagianismus*, illi *Naturalismus* vocantur. Martinus Lutherus, Pseudopatriarcha Scriptorum, quo retellere pergō, & qui omnes omnium haereticorum haereticos in unam seuit, subdit idem Cano, ceteram confingere; non modo afferit, omnem Philologiam esse Theologiam inutilem, & noxiam, sed etiam omnes speculativas disciplinas errone esse. Verum haec cum praeter nostrum institutum sint, missa facio; illaque damtaxat indicavi, ut notum facerem, semper Lutheranos per abrupta, errorumque extrema succedere. Lutherus semper Scripturas iactabat. Lutherani, quibuscum sermo est, Scripturas divinas omnino negligant. Negligimus, inquit, in morali Philologia, seu in iuris naturalis scientia tradenda, secus in re theologica. Nec ego infirior, principem locum Scripturam auctoritatem in Theologia, lectus in iuris naturalis scientia occupare mri-

tis debere. At non propterea tante efficacitatis est lumen naturale, ut se solo referat vel ipsa difficiliora iuris naturalis arcana valeat. Homo, cum fit natura sua rationalis, ingentia illi ratiocinatio est. Haec in quacunque disputatione, siive divina, siive humana, siive naturali, siive civili, uti debet: quin sine ea disputare in nulla materia valet. Porro, si Theologis ipsis visum ratiocinandi, & rectae rationis exercitium concedimus, singulari profecto titulo id vindicamus iuris naturae interpretibus. Exerant itaque Hobbesiani, Pufendorfiani, Thomafiani, Wolfiani, Heinneciani omnes ingenii vires, auctant manes aciem, folidiora Metaphysice principia promant in medium. Ad ratiocinandum certamen, & quidem ex principibus naturae, illos provocamus: tantum abest ut istius generis conflictum evitemus. At nos vi rectae rationis, doctrina revelata praesulente, evincimus, ecurrite illos, atque turpiter in hac causa ineptire. Ut vero vtilitatoribus cavillandi aniam tripiam, quo unico tendat utatio nos, exponam oportet. Dico itaque turpiter aberrare Iurifconsultos protestantes, qui ut inutilem, & superfluum reiciunt Scripturam ulum in investigatione naturalis iuris, eiusque difficultioribus arcans inculcandis. Quare ignoranter non minus ac iniuste St. Ecclesiae Patribus, & catholicis Scriptoribus improperant, quod a recta tradende scientiae iuris naturae methodo recedant, propterea quod in subsidiis Scripturas sanctas, & sapientum testimonia advovent. E contrario asserimus nos praefata omnia ad haec illustrandam scientiam magis oportere vtilia, & valde opportuna esse. Quod autem re ipsa valde vtilis, quod commodum, illud cum M. Talho, & ceteris Sapientibus in morali accptione dicimus necessarium. Si quis postea progredi ultra velit, & disputationem intuliere, sit ne doctrina revelata scientiae iuris naturae traditae simpliciter, & metaphysice necessaria: quouque humanis mancis vires sibi relictae, & hoc extero divino auxilio delitatae pertingere valeant: quid in aliquo raro casu evinire queat, & cetera eiusmodi in controversiam adducere; illis haec enucleanda relinquo qui in vanissimis quaestionibus tempus terunt. Mihi fat est advertis recentissos Protestantes evincere, non superfluum & intempertivum, sed quam maxime opportunum, atque adeo necessarium Scripturam praedictam, quo utuntur catholici Scriptoribus, dum iuris naturalis praesceptiones interpretantur. Si enim hoc externum lumen negligimus, qua ratione sperare a Deo possumus

fumus interam illam peculiarem gratiam, quam Theologi catholici ad diffusiora iuris naturalis arcana penetranda necessarium prosequantur?

III. Ut igitur ad incitas redigamus Naturalitas (sic enim compellere eos lubet) nos, negabunt ne illi, lumen recte rationis tenebrarum caligine circumfusum esse? Voluntatis infirmitatem, & intellectus ignorantiam si insipienter, contemptione, non ratione vincendi sunt. Omnes ne veritate iuris naturalis comprehendit intellectus, nec ad hec? Si eas comprehendit, nullus ergo hominum factem sapientium in hoc genere erravit? Errant reple Sapientes, tum Greci, tum Latini: errant ipsi Naturalitate nostri, contraria inter se docentes, & rusticissimis conviciis se se proficidentes. Ergo superior lumine eget intellectus humanus, quo possimum diffusiora natura iuris dignoscere precepta valeat. Pelagiani ne sunt Pufendorfiani, Thomasiiani, Wolfiani, alique? Negant? Concedunt ergo mentis ignorantiam, & peccati labe contractam. Quo lumine ignorantio isthac pellenda est? Non naturali, tenebris septo. Ergo divino supernaturali. Necessaria ergo est revelata doctrina, divinumque lumen in ipso nature iure recte interpretando.

IV. Insipientiam, audacisque conatus Hobbesii, Pufendorfii, Barbeyraci, Heinneccii, Thomasi, Wolfii, aliorumque Naturalitarum evidenter demonstrat auctoritate tum humana, tum divina. Utramque excludunt Naturalitate nostri. Barbeyracus in prefatione sua ad Pufendorfium, non Patres modo Ecclesie christianae, sed ipsos & Graecia, & Latii, Sapientes omnes recitat. Idem fere praefat Bruckerus. Hi novi Socrates, Plato, Stagiritae, Trimegisti, Tullii aequaliores iuris naturae scientiam mundo peperere. Porro, ut festiva sane, & iucunda levissolorum hominum perfluo quantum aberrat a veritate, patefaciam; duo advertus illos ex Sapientium auctoritate deprobo. Unum, quod ius naturale, cum sit ipsius nature germen, non aliunde melius, excepta doctrina revelata, hauriri quam ex ipsius nature voce, quam ex hominum consensu, potest. Porro Sapientes istius naturae, Pythagoras, Socrates, Plato, Aristoteles, apud Graecos, Tullius, Seneca apud Latinos, plura iuris naturae praepcepta una voce interpretati sunt. Insipienter ergo eoldem audire reculant Sapientes Cimbri nostri. Alterum, quod Sapientes isti in gravissimos lapsi errores sunt, solo natu-

re lumine hominum societatem moderantes. Alterum ergo consistantur oportet adversari: aut solum recte rationis lumen sufficientis haud esse ad universam iuris naturalis scientiam assequendam, docendamque; aut semetipsos Sapientes esse, non dicam e caelo delapsos, in naturali iure interpretando, sed infra Deum supra omnes mortales perfricatos. Secundum concedent illi. At nos tum ipsorum animis eodem confirmis. Mutuo enim & ipsi secum pugnant; & quod unus adfirmat, negat alter. Ipsorum ergo experimento rationis recte lumen caligat in subeundis naturae recessibus.

V. Denique divina revelate doctrinae auctoritate Naturalitarum insipientiam, atque ineptissimam tradenda iuris naturalis scientiae methodum patefacimus. Ecclesiastes cap. III. *Mundum tradidit disputationi eorum, ut non inveniat homo opus quod operatus est Deus ab initio usque ad finem.* Sed, missis pluribus istiusmodi telimonis, unum affero ex III. Reg. cap. III. vers. 7. & seq. *Et nunc, Domine Deus, tu regnare fecisti servum tuum pro David patre meo: ego autem sum puer parvulus, & ignorans gressum, & introitum meorum. Et servus tuus in medio est populi quem elegeris, populi infiniti, qui numerari, & computari non potest pro multitudine. Dabis ergo servo tuo cor acile, ut populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonum & malum. Quis enim poterit iudicare populum istum, populum tuum, hunc multum? Placuit ergo sermo coram Domino, quod Salomon postuisset huiusmodi rem. Et dixit Dominus Salomoni: Quia postulasti verbum hoc, & non petisti tibi dies multos, nec divitias, aut annas inimicorum tuorum: sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium: ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapientis, & intelligens, in tantum ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit.*

VI. Salomon a Deo petit, non mysteriorum fidei, non arcanonum praedestinationis, & reprobationis, sed regendum, moderandumque Hebraicæ societatis scientiam. Cognovit Salomon humanum ingenium, & quam sit illius vitæ imbecilles, iniquis Eccles. I. *Cunctæ res difficiles: non potest eas homo explicare sermone.* Idque repetit Sap. IX. *Cogitationes mortalium timidae, & incerte providentia nostræ. Corpus enim, quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Animadvertit Melchior Cano, ipsum Aristotelem hanc eandem veritatem, experimento, intrinseque sensu edoctum, declarare. Prudenter quip-

quipae inquit, mentis nostrae aciem non aliter ad ea quæ manifestissima sunt, caligare, quam notuæ oculos ad fulgorem solis. Nec opus est in superiore oratione pandamus quam inferni fidei ingenii nostri conatus; quam angustia, fluxa, & infidelis memoria, quam impedimentum, reculum, & obscurum acumen. Et tamen licet hæc omnia verisimili, nihilominus Naturalistæ æquilonares voce scriptominus Christiani Thomasi clamant loc. laud. cap. ix. num. 7. *Scriptura sacra scopum esse felicitatem futuri seculi: doctrinam autem mortalem, & totam iurisprudenciam intendere salutem VERAM felicitatem vitæ presentis.* Quod paganus Aristoteles huius vitæ felicitatem in mente, quam infirmam fallus est, contemplantē veritatem, seu beatitudinem temporalem locaverit, graviter utique erravit, cum experientia oppositum sentiret; at, quod Naturalistæ, Thomasiiani, Wolfiani, Heinnecciani, lapsum christianæ fidei in baptisimata perulsi, & evangelicam legem protulisse perulsi, & evangelicam legem protulisse perulsi, veram felicitatem presentis vitæ in iuris naturalis meditatione, cogitationeque constitunt, error est eiusmodi, qui istorum hominum indolem manifestat. Neminem Salomonii similem surrecturum Deus revelavit. Sed ecce pluraquam Salomonis sunt Pufendorfiani, & Wolfiani. Scientia se delitium declarat, & Salomon, quæ satis est ad angulam Republicanam Iudaicam moderandum. Adversarii autem nostri solo recte rationis lumine universam totius humani generis Republicanam se dirigere, & quidem irreprehensibilis ordine, ostentant, atque iactantur gloriantur.

VII. Ut iam animadverti, ipsi Ethnicorum Sapientes humani ingenii imbecillitatem agnovissent. Quid itaque Patres omnium sæculorum veritatem eandem confirmantes, referam? Pauci tantum ex Augustino, & Thoma delibabo. S. Augustinus Lib. II. de peccat. merit. & remis. cap. v. *Sicut corporis oculus non adjuvatur luce, ut ab eadem luce clausus averti que discendat, ut autem videtur, adjuvatur ab ea; neque hoc omnino, nisi illa adjuverit, potest: ita Deus qui lux est hominis interioris, adjuvat nostræ mentis obtutum.*

VIII. S. Thomas Aquinas Lib. IV. contr. Gent. cap. III. *Passitur autem communiter humanum genus diversas panas & corporales, & spirituales. Inter spirituales autem est potissima debilitas rationis, ex qua contrigit quod homo diffuciler pervenit ad veram cognitionem, & de facili labitur in errorem, & appetitus bestiales omnino superare*

non potest, sed multoties obambulat ad eis. Similia habet 2. 2. quæst. II. art. 4. *Humanæ ratio in rebus divinis est multum deficient: cuius signum est, quia Philosophi de rebus humanis naturalis investigatione perfricantes in multis erraverunt, & sibi ipsis contraria senserunt.*

IX. Verum, ut Iurificonsulti protestantes gravius sentiant crassam tuam aberrationem, audiant ipsam Platonem in *Phædo*, pag. 85. Edit. Ser. sic loquentem. „ Nam mihi quidem, SOCRATES, æque ac tibi videtur de huiusmodi rebus certam, ratamque cognitionem habere, aut esse earum rerum, quæ nullò modo fieri possunt, aut certe quæ cum summa difficultate contingunt ... Hoc vero nam illis in rebus studiose est elaborandum, ut aut discamus quomodo hæc se habeant, aut inveniamus; ut si hoc fieri non potest, humanarum saltem rationum, ea quæ melior, firmiterque, idest quæ minus refutari possit, directæ, eiquasi infiduciam, ut illa tantum rate evadant, vitæ illius pericula, difficultateque navium gemus; nisi quis possit certiore, tutiore, quæ modo, firmiore videlicet vehiculo, istis divinis quodam verbo traduci, atque transmitti &c. Divina revelationis necessitatem Platonem recitentis verbis docere fatentur eundem Interpreteres ad iuris naturalis sublimiores veritates cognoscendas. Et hanc ipse revolutionem ardentibus votis exprecabat, ut evidenter constat ex *dialog. 2. ALCIB.* pag. 150. & 151. Edit. Ser. ab Sacrament. & Alchibiadem sic colloquente introducti. SOCR. Necessarium est igitur expectare, donec quis discat, quo animo & erga deos, & erga homines esse oporteat. ALC. Equando vero tempus illud erit, SOCRATES? Et quis illud docturus erit? Lubentissime enim viderem hunc hominem, quoniam ipse sit. SOCRAT. Hic ille est nimirum qui de te curam gerit. Sed mihi videtur quemadmodum ait Homerus Minervam Diomedæ caliginem ab oculis semovisse:

Sic ille ut recte norit Divinamque, hominemque;

Sic oportet, & exulla ea que oculis tuis non videretur, caligine, propius oculorum aciem ad eam rem adjuvare, ut possis nosse melioremque, bonumque. Nunc enim id quidem potissimum esse videtur extra tuam potestatem. ALC. Avertat ite caliginem, si quid aliud voluerit. Ita enim me comparavit, ut nihil eorum quæ ille imperavit, subterfugiam, quicquid eadem fuerit vir ille, dammodo quicquam esse evasurus. SOCR. Atqui & ille miserrime quo-

quodam erga te est affectus animo. ALC. Ad illud igitur usque tempus opere pretium fuerit differre sacrificium. SOCR. Et recte tu quidem: ita enim tutius videtur quam ut tanti periculi aleam subas. Plato, Socrates, Alcibiades, & ceteri Ethnicorum Sapientes te nebrarum caligine undique circumfusus in investigatione naturae iuris feli fatentur: idcirco necessarium divinam lucem esse ad eundem modum tenebras diffundidas docent, & eadem se perfundi enixis precibus implorant. Pufendorfius, Thomafius, ceterique Iurifconsulti professantes e contrario, Socrate, Platone, Alcibiade doctiores, sapientioresque supra tenebrarum chaos constituti ita toti coruscant, ita undique resurgunt, ut, reiecta quacumque caelesti divinaque revelatione, valeant vel sublimiori iuris naturae arcana propria mentis ratione sola luculentissime referre.

X. Paucis omnia perstringam. Lumen intellectus humani caligat in ipsa veritatis naturalis meditatione. Quid, si veritas hoc ad mentem reformationem pertinet? Hoc in eventu concupiscentiae, humanarumque appetitionum luculentis vaporibus, atque ipsae tenebrae obnubilant rationis lucem; impotentis voluntatis impetus secum abripit mentem, illamque in caliginoso carcere sepulchri detinet. Pufendorfius, Thomafius, Cumberlandus, Wolfius, ceterique naturae iura interpretantur, ut homines, imbeant, dirigantque in Deum, in seipsum, in proximos. Duplici ergo ratione lumen intellectus humani foveri superiori lumine debet, & propter mentis infirmitatem in ipsa abstracta veritate investiganda, & propter mutuum illam coniunctionem voluntatis cum concupiscentia, ceterique pugnantibus appetitionibus. Adhibeat utriusque mentis oculus in iuris naturae investigatione: intendatque intellectus acies, recte rationis fax praecedat, subeat naturae recessus toto virium conatu; verum, cum passim sinus occurrant tortuosi, anfractus obcuri, quos mentis oculus non discernit, tum lux doctrinae a Deo revelata adfulgeat necesse est, tum caelesti lumine mentis nostrae tenebrae dissipanda sunt.

CAPUT XII.

Adversariorum sephismata profigantur.

I. QUO pertinet tam altius exaggerata oratio? An haec duo lumina, revelationis, & rationis, separari nequeunt? In-

dividua ne haec sunt? Porro, si separantur reipia; quae lex cogit ut illa nos semper in disputationibus coniuncta adhibeamus? Mens nostra est, inquit Pufendorfius in *Eride Scandida* ad lectorem adversus Seckendorffium, quae ius universale ex principis luminis rationis cognitis accedit. Lumen istud cunctis hominibus opportunum, atque ad moderandum omnium hominum inter se officia, nullo habito religionis discrimine, lat est. Quo iure media in luce exposito, cuiusque licet, quae sua religio, sive christiana, sive iudaea, docet, eidem superaddere. Nos non solos alloquimur Christianos, sed omne profusum humanum genus. Innumeræ sunt nationes quae doctrinam revelatam ne agnoscunt quidem, nec eam admittent, si eidem manifestaretur. Quid itaque religionis christianae interest, si doctrina naturae prior eadem religione, nec ei adversa, vel repugnans, sed amice potius cum eadem conspirans, tradatur iuxta naturam suam indolem, quin alteretur, aut particulari rediatur per aliosque pietas & christiana religio hyperbætes, quas alii non Christiani ignorant, aut non agnoscunt, imo ex ipsis Christianis aliqui in dubium revocant, quibus tamen universali iure usque opus est. Verba sunt Pufendorfii *loc. cit.*

II. Adversus hoc Pufendorfii systema scripserunt, ut indicavi supra, præter alios Valentini Alberti, & Seckendorffius, similiter Lutherani. Assentiantur illi, ut iuris naturalis decreta deducantur ex solis principis quae recta ratio suggerit, abstrahendo a doctrina revelata, dum Ethnici, secus dum Christiani imbeundi sint. Quam distinctionem propulsa ibidem Pufendorfius studet. Divina Scriptura, inquit, principia, aut disciplinam iuris universalis non tradit; quin hæc disciplinam supponit. Quapropter S. Paulus Rom. 1. & 2. gentes arguit, quod flagitium cum recta ratione pugnantibus iniquassent, quod legem, eorum cordibus inscriptam, ita vitiorum caligine obcurassent, ut vel ipsum Deum verum insculptabiliter ignorarent. Porro Ethnici isti argui nequeunt ob violatam naturalem legem, ex principis doctrinae revelatae minime cogitant. Quid quod ius civile Romanum, cuius in magna christiani orbis parte usus invaluit, ab Ethnicis conditum primum est? Nec cohaeret, subdit Pufendorfius, rationi omnium istud. Turcae, & Ethnici non legunt nostros libros. Ergo ius universale non est aptandum ad captum omnium gentium; sed aspernandum est hypothese, quae a magna par-

parte generis humani non agnoscitur. Non cohaeret, inquit ille: nam artes formandae sunt, & scientiae, prout earum indoles requirit, sive paucos, sive multos lectores conveniant. Tandem ad id quod ultimo loco apponebant Pufendorfius, & Seckendorffius, hoc Pufendorfii systema in causa esse curritur hominibus verbum Dei fandi, atque in pietate frigidat, respondet ille salum hoc esse, cum aliunde iuventutis pietas accendi, & foveri queat.

III. Christianus Thomafius, Budaus, alique communiter victoriam adiudicant Pufendorfio, cuius causam & ipsi amplectuntur defendendam. Budaus in *Hist. nat.* §. 26. hæc scribit. Ego vero maxime miror potuisse inter viros doctissimos ullam hac super existere dissensionem. Pufendorfius illorum exponat officia quæ christiana religionis sunt experte: horum contra infrastruunt vitam & Theolog., & quotquot attente aut integre, aut ne quidem conditionem considerant, alio iure fundamentum illum, alio his nisi oportet. Recto utique hæc a se invicem discernuntur. Superiorem ex hoc certamine discessisse Pufendorfium multa evincunt. §. 37. ibi.

IV. Hæc omnia sigillatim referre libuit, ne quidquam nos dissimulasse clamitent. Paucis omnia perstringam. Utraque pars, ut ego quidem sentio erravit. Pufendorfii systema reipia salum erroneumque: illud adversarii conatu minus felici exagitarunt. Ut Pufendorfianos, Thomafianos, Heinneianos, Budaenos, Wolfianosque perflius urgeam, unum & alterum praefero. Et primum iuris naturae decreta alia peripicua, & manifesta omnibus, alia difficilia, alia difficilliora, alia difficillima & abstrusissima. Splendida, omnibusque pervia illa de quibus loquitur Paulus *Epist. ad Rom. cap. 1. & 2.* Hæc obedienda sunt tum Christianis, tum Ethnicis, illorumque lumine vitiorum horrorem patefacere. Mentis oculus laum exequatur officium, penetret iuris arcana, quoad vires facti sunt. At, si oculus infirmus atque caligans est, adicienda eidem sunt peripicilla, lumen inferius subobscurum fovendum lumine superiori, & divino est. Alterum, mentem humanam, seu lumen rationis obnubilatam, obcuratamque reipia esse, & ad plura iuris naturae decreta cognoscenda inaptam, ut supra demonstravi. Christiani fatentur, ut supra demonstravi. Doctrina ergo revelata & Christianis, & Ethnicis, & universo generi humano, necessaria est ad exactam universi naturae iuris cognitionem. Nec est quod reponas, Ethni-

cos, Turcosque flocci facere doctrinam revelatam, Scripturas divinas rursu, & sibilis excipere. Intemptiva responsio hæc. Quoniam tunc questio haud est, sint ne Ethnici Scripturas divinas amplexuri. Scimus, has ab illis ignorari, & militi fieri. In hoc vertitur difficultatis cardo: sit ne universo generi humano, originalis culpe labe inquinato, tenebrique obducto, necessaria doctrina revelata ad difficiiora iuris naturae decreta agnoscenda, ad ordinem istius societatis humane moderandum? Quo posito, sic urgeo Pufendorfianos, Wolfianosque. Cum aliquam artem decere debeo, silere ne iute valeo aliquid potissimum eisdem artis instrumentum, vel aliquod principium, tametsi sciam a pluribus nationibus illud minime suscipiendum fore? Sat mihi est, evidenter constare, hoc principio, vel instrumento talem scientiam, aut artem egere, ut illud manifestare debem. Omnes Christiani fatentur, caligare humanæ mentis aciem in investigatione iuris naturae, nisi doctrina revelata illustretur. Ideo ne negligenda, silentia audire alicui nolint? An medicus Ethnicis infirmitatis curam præscripsit, veram, necessariamque medicinam silentio præterire licite valet, propterea quod plures ægroti nolint eam suscipere? Nonne fatetur ipse Pufendorfius, artes, scientiaque formandas esse prout earum indoles requirit, sive multos, sive paucos inventura lectores sint? At qui veritas luculentissima est, & certissima, scientiam iuris naturae, quæ regitur humana societate, indigere doctrina revelata. Ergo hæc doctrina, hoc caeleste lumen manifestandum est, sive multi, sive pauci lectores illud suscipi sint. Numquid Christus omnibus gentibus suam non revelavit doctrinam? Quid ergo tu abcondis thesaurum quos omnibus communes esse Dominus imperat? Utiqum, dum implendū Ethnici sunt, a iuris naturae principis initium ducendum est. At numquid ibi subsistentem?

V. Ex quibus colligas velim utramque Lutheranorum factionem errare. Siquidem Pufendorfius cum suis erravit, quod reipia doctrinam iuris naturae a doctrina revelata omnino sejunxerit. Valentini Alberti, & Seckendorffius minus feliciter Pufendorfii errorem profigunt, quod docerent, coniungendam doctrinam utramque esse, dum Christianis, secus dum Ethnicis iuris naturae decreta explicantur, & ad hoc quod atinet, neciam illi hallucinantur. Nam veritas, non uni nationi, non uni populo, sed universo

humano generi manifestari omnino debet. Id solum verum est, alio modo Ethnicis, alio modo Christianis proponendam veritatem esse; sicut alia via puri indocili, rusticique, alia adulti, experrecti, atque exercitati imbuuntur.

VI. Distincta sunt, & separata hæc duo lumina, rationis, & revelationis; at non separatus homo est, qui utroque lumine eget. Quid ergo nungunt Pufendorfiani, Heinnecciani, Wolfianique, se instruere Ethnicos velle? Taceo, quod vix sine Turcarum, sive Ethnicorum aliquis unquam lecturas sit illorum opera. Sed quaero: Ethnici illi suntne homines culpa originali fauci? Doctores ne illi, eruditoresque Christiani ipsis? Christiani utroque lumine egent. Potiori ergo iure eodem indigent rudiores, caecioresque Ethnici. Indigent, sed illud non recipiunt. Quid inde? Numquid illorum oblatio a recta tradente doctrina, methodo abstrahere vixis doctæ debet? Aberrant ergo toto Lutheranæ Doctores, dum in exponendo naturæ iure, neglecto revelationis lumine, ad solius rectæ rationis tribunal omnia vel difficillima arca solvenda revocant. Et miranda læna secta illa est, que cum olim ubique creparet Scripturas divinas, in presentia eadem fastidiat, earumque usum negligat. Verum arcanum illud mox reterebo.

VII. Franciscus Budæus Lutheranus *Instit. moral. P. II. in prolegom. §. 11.* laudat consilium Valentini Alberti adversus Pufendorfium; at simul propugnat, Pufendorfium non errasse. Nec tamen erravit Pufendorfus, dum idem ius naturæ tantum secundum rationem traderet. Passus quippe est Pufendorfus in *proleg. lib. de off. hom. & civ. in Theologia moralis recte adhiberi doctrinam revelatam.* Quid intelligit Pufendorfus nomine Theologiae moralis? Respondet ipse cit. *proleg. §. 1. Tertia Theologia moralis habetur, illi parti Theologia contradistincta qua credenda exponitur.* Consistit inter ius naturæ & Theologia moralis designat §. 3. *Non quidem, inquit, pro auctoritate papali, ac si ab omni errore privilegio aliquo mihi cautum foret... sed tamquam talis, cui spartam sibi commissam pro modulo ingenii exornare curi sit.* Nonne opportune hic intruditur auctoritas papalis? Sed miseri homines, dum modo aurito discipulorum gregi, & tunicato popello ut descendendum repræsentent Papam Romanam, tum doctos efflicite hinc auditors, lectioneque gloriantur. Verum ut nos into præstitam viam constituamus, dicimus: tam Budæum quam Pufendorfium trassa haullici-

natione & se, & lectores decipere, nugis, & chimiris hominum mentes palcare. Theologia moralis credenda non proponit. Et ex scientia, que hominum officia moderatur adversus seipsum, adversus Deum, adversus proximum, non est moralis? Hanc scientiam morum, seu moralem esse, soli dependentes negarent. Vides, viros illos summos, vel ipsas communissimas notiones implicare, ut facum faciant imperitis? Hanc moralem doctrinam vocarunt omnes tum Latini, tum Græci Sapientes. Et quoniam illi doctrinam revelatam ignorarunt, & ex illis rectæ rationis principis morum scientiam derivarunt, idcirco in plures errores lapsi sunt, ut alias diximus, & dicendum fæpius est. Sapientiores ne Budæus, Pufendorfus, Barbeyracus, ceterique committentes omnibus Græcia, & Latini Doctoribus, ut abibus doctrina revelata imbuere homines possint? Pufendorfus *his cit. §. 6.* unum præ aliiis discernit inter Theologiam moralem & ius naturæ alienat, quod illa hominem christianum informet ad æternam vitam comparandam: illud vero hominem formet, prout hanc vitam cum aliis sociabilem exigere debeat. Cedo. Solo iuris naturalis lumine efficere ne vales in hac vita hominem honestum, civem sincerum, fortem, fidelem? Homo a te imbuendus contentissimus ne est, an verus, qui extet in rerum natura? Verus, inquis, & quidem peccati originalis vulneribus circumquaque fauciatus. Hunc ergo hominem tu felicem, faullicum reddere contendis in hac vita? Pro futura vero comparanda illum docuit Doctor Theologus? An non vides quod duplici ex capite aberras a veritate? Primo, quod hæc iuris natura scita difficiliora a caligante hominis mente comprehendere nequeant, nisi lumen divine revelationis tenebras dispert. Secundo, licet re ipsa doctrina revelata, & scientia naturæ iuris differant inrer se, sintque re ipsa separata, quid inde? Homo imbuendus duabus subsistentiis conlat, que mutuo pugnant. Que bellum intestinum inter hæc duas subsistentias erumpit, & socialitatem humanam fraudibus, dolis, rapinis, iniuriis abruptit. Tu ne sola iuris natura scientia hominum tum intamam, tum extimam tranquillitatem moderari, & mutuum inter eos conservare lascias locustæm? Nemo id hæcenus affectus est. Insulites Ego societatem civilem, Theologus moralem servavit. Nugæ hæc sunt, gerulæque vanissimæ. Moralis quæ est actuum humanorum directio: & ut crassissimum errorem defendas, rerum naturas adulterare, ac

per-

pervertere studes. Dicis, mi homo: perdelio illa furens carnis adversus spiritum nonne ordini repugnat naturali? An non iure naturæ pars inferior obedire superiori astringitur? Verbi, nolis, adfirmare cogeris. Hunc pervertatum naturæ ordinem agnoverunt ethnici Sapientes; at causam necierunt: idcirco erroribus scater eorum moralis. Ab hac causâ abstrahere Pufendorfiani volunt in moderandis hominum officiis. Ergo gravius quam ipsi Ethnici aberrant.

CAPUT XIII.

ARCANI suspicio, cur novi heterodoxi Scripserunt usum in iuris naturalis explicatione reitanti, manifestatur. Illorum concepta ius naturæ erroribus gravissimi. Ineptissime exprobrant Calvinis nostris laxas opiniones, cum ipsi crassissimos errores doceant. Illorum calumniam, quod apud nos Catholicos lumen rationis supprimatur, domo exploditur. Monumentum ad sperdas quosdam Italici Grotianos, Pufendorfianos, Wolfianisque.

I. Nullus dubito quin multorum iam censorum fœderis subierit, quod oratione adeo prægalum exagitarerim. Paucis, inquires, transgredere res erat; cum error profragatus, utpote parvi momenti, dignus tam longa disputatione minime esset. Ita ne vero? Imperitorum sententia hæc est. Scopus illius systematis aperitendus, & est illi, quo res pertinet, agnoscant. Docent itaque communitate auctores laudati, nihil CRISTUM IESUM in Evangelio prohibere quod non fuerit legi naturæ verum. Hac ratione licitas usuras moderatas defendunt, licitas falsissimas, licitam moderatam defensionem, licitas falsissimas, licitam moderatam defensionem, licitas falsissimas, licitam moderatam defensionem. Quo principio constituto, nemo non videt, universum evangelicam ædificium a summo ad ima dirutum iri. Quoniam licet eorum que Christus in Evangelio prohibet, plurima sint iure naturæ verita; tamen, si leges divine rationis naturalis examini subiciantur, actum de Evangelio est. Porro ita res habet. Protestantibus nostris, neglecta doctrina revelata, & eadem iudice, sola natura duce iuris decreta lub examini inducunt; canones illius iuris condunt definitivum. Quid tum? Ad istos canones doctrinam revelatam revocant. Exemplis disputatio evidenter fiat. Uliara, polygamia, divortium, & iniquunt Protestantibus saltem plures, iure naturali verita non sunt. Ergo neque lege revelata, potissimum evangelica. Textus itaque doctrina

revelata, qui prohibere videntur fenora, polygamiam, divortia &c. ad legis naturalis præceptum interpretandi sunt. Et quamquam præsertim omnia lege naturali re ipsa verita sunt; tamen, quia demonstrationes ab illius iuris principis accesse non ita cuique ingenio evidentes apparent, quin cavillationibus, & sophismatibus nequeant implicari, conlequitur Protestantibus perpetuo contrarium opinionum fluctu circumvolanti, cum iudicem, qui definit sint ne, alioquin, recentia peccata verita, ipsi non habeant.

II. Hugo Grotius, Scriptor Græcus, & quem semper a communi Protestantium grege exceptum volo, vim argumentationis fallax est Lib. I. de I. B. & P. cap. 11. §. 6. *Illud libenter agnosco, nihil nobis in Evangelio præcipi quod non naturale habeat honestatem; sed non ulterius nos obligari legibus Christi, quam ad ea ad que ius naturæ per se obligat, cur concedam, non video. Et qui aliter sentiant, utrumquam sudent, ut probent, que Evangelio veritatem, ipso iure natura esse illicita, ut concubinatum, divortium, matrimonium cum pluribus feminis. Sunt quidem hæc eiusmodi, ut eis abstinerere honestius esse dicere ipsa ratio; at non talia, ut absque lege divina nefas in illis appareat.*

III. Grotius huic præsentit, & suis Protestantibus, & Evangelicis reperiendis fore qui polygamiam, nedum ultram, ut licitam, & triumphantem propugnant. At, ut narret vel ipse Christianus Thomæus in *Hist. iur. nat. cap. vi. §. 16.* prolixè dialogos de polygamia lub ficto nomine *Sincero Vahnenbergio*; lub quo nomine credens fuit communitate latere *Ioannem Lyferum*, qui sub *Abrahami Vinctici*, & *Theophilii Aleksiæ* nomine postea polygamiam, non solum licitam, sed & præceptam esse, defendere voluit. Addit Thomæus, „illo vero tempore per non paucas Germaniæ loca disseminatum fuit a viro „ non obdure famæ *Ioanne Adamo Seher* „ *seno* ac si Pufendorfus auctor scripti *Vahnenbergianus* esset. Et, cum *Friedericus Gensius* superintendens *Garlebiensis* lub nomine *Christiani Vigilis* disseminationem super polygamiam simulanea *Sincero Vahnenbergio* „ *opoliati* emeret, sola natura duce iuris decreta lub examini inducunt; canones illius iuris condunt definitivum. Quid tum? Ad istos canones doctrinam revelatam revocant. Exemplis disputatio evidenter fiat. Uliara, polygamia, divortium, & iniquunt Protestantibus saltem plures, iure naturali verita non sunt. Ergo neque lege revelata, potissimum evangelica. Textus itaque doctrina

IV. En quo turpissimum errorum adduct la libertè de penser: qua liberate ut fruuntur

D 2

tur docti nostri heterodoxi transalpini, defectionem a vera Christi Ecclesia fecerunt. Sed referribamus quae docet ipse Christianus Thomaeus in cit. Hist. iur. nat. praef. sec. 1. n. 42. pag. 9. *Huius iuris necessitas* & usus *extimae quoque apparebat, postquam disputatione publica anno 1685. Lipsiae habita de crimine bigamiae, ostendebat, ne quidem mulieribus polygamiae prohibitionem ex solo iure naturae demonstrari posse, murmurationibus quidem multis evaditis, sed ob deficientiam rationum evidentium publice contradicere non audentibus. Ut iam tacuimus, nullas libidinis species: ex iure naturali sufficienter impuguari posse, quod offendit cap. 11. Lib. III. Hic autem Liber tertius est illius Tomi inscripti *Fundamenta iur. nat. & gent.* &c. ubi plura congerit in libidinis favorem. Inter alia haec scribit cap. 11. n. 27. pag. 255. *Concubinatus tam antiquus, quam bademur vage libidinis, id est bestialitatis, fornicationis, stupro, et opprobrii, atque ab iis qui concubinatus utuntur, ad evitandum concubitus libidiniosum usurpatur. Saltem in eo differt a matrimonio, quod concubina, & liberi inde nati non sunt iuxta uxorem, & liberi enim saepe ad dies vite, nisi quod libertas diverterendi & potestatis hic ubique maior fuerit. Quod vero ad species fornicationis fuerit relatis, iterum debetur CLERO PONTIFICIO, qui, ut diximus, omnia dicebat fornicationem, cui non concesserat benedictio sacerdotalis. His exceptis, reliqui Scriptores appellant matrimonium secularium, vel simile quid.**

V. En patefaciam arcani suspicionem cur Lutherani nostri in moderanda humana societate, respiciendo hominum officia, abstrahere a doctrina revelata tanto studio aditantur: ut uicinas, ut polygamiam, ut concubinatum, vel simile quod honestate facilius valeant. Clero Pontificio debetur quod concubinatus fornicationum flagitii accessit: Ceterum per Lutheranos est matrimonium secularium, vel simile quid? Scitissime. Quid est? To simile quid? Festiva profecto phrasia, & iucunda expressio. Et homines isti vocem exaltare adversus Caluistiarum nostrorum laxas opiniones audent? In quo Caluista Pontificio tam monitro aberratione ut illa quae ex Lutheranis Theologis rescriptae sunt? Quis Caluistarum descendit concubinatum, ut matrimonium secularium, vel simile quid?

VI. In huius dissertationis caute, ad illos quorum initio memini, semidotos quosdam Catholicos convertere orationem paupis prolo. Ex paucis quae hactenus delibavi, colligere illi valent, quo loco habendi sint Au-

doctores illi quorum audere operibus solent, & non tantum ut magistrus suscipere. Quam sint Scriptores illi delirantes, impudentesque in universi humani generis Sapientes, inde constat, quod a Lutero, a Zwinglio, a Hobbeso, a Comberlando, a Pufendorfio purgata a superstitione religionem, a barbaritate factas literas, insularum iuris naturae scientiam ovantes iactent. Apud novos illos Septemtrionis Arithoros Graecia, Latine Sapientes, primi Christianorum Doctores reserunt, Theologi scholastici stupidi, & trunci sunt. Doctrina divinitus revelata, in basilice contemnitur, data opera negantur. Sotius naturae iura decreta se interpretari gloriantur. Inter haec vero naturalia decreta eminet *Papatus Romanus*, quem singulis disputationibus interferunt. Huc tandem recidunt illorum maleficia, impotens iure, impostura, & convicia tam rustica, quae velentur pecus, tunicatumque popellum dederunt. Suppressum in Ecclesia Romana rationis lumen calumniantur tanta impudentia; quae fidem superat omnem. Et, quoniam hunc praeter ceteris clavum tundunt, iuxta oculos revocare illorum dilemma inter se. Barbeyracus, sive quicumque alius sit Auctoris praefationis ad librum Doctoris Bentley inscriptum. *La Frivolosité de laque des prétendus Esprits-forts d'Angleterre* contra libertatem cogitandi Doctoris Collins hic dicatorio stilo gallice scribit pag. 31. quae latine sic vertitur. *Alterutrum fateantur (Romani) necessum esse. Aut potuerunt homines iure examinandi quae credunt, aut secus. Si ais, Ecclesia, quae homines hoc iure privat, falsa, iniusta, tyrannica esse oportet. Si peccant homines credenda discutientes, Ecclesia Romana ad peccandum esse sollicita, dum fors extant ad se trahere, ostendit. Ecclesia haec similis homini carnis, est, sive quoque carnis est: extra quam oculis opus est, ut eundem ingrediatur, sed intus extant clavos tenere oculos debet, ne egrediendi voluntas ascendatur. His cavillationibus nugivendili excantant imperitum vulgus, & his calumniis impudentissimum fucum faciunt scitulis etiam nopolis. Iure potuerunt homines examinandi credenda, quibus rationabili obsequio subiciuntur hominum mentes. Quisque in Ecclesia Romana pro modulo suo divinas examinare, & interpretari Scripturas valet. Catholicorum volumina in fidei articulos heterodoxorum mendaciosa prolignant. Ecclesia Romana iudex pro tribunali sedet, ut gliscentes lites, & contrarias interpretationes, post severissima peracta examina, post discussiones, oppugnationes, omneque huma-*

ne mentis conatus, studia, & industria, componat, definitaque. Suppressum ne rationis lumen in regno Anglico, Gallico, Germanico, quod supremi iudices sedent, qui lites fuper varia legum regni interpretatione in dies insurgentes, componant, definitaque, post audita utriusque partis rationum momenta? Quid? Extrinsecus dumtaxat acquiescere illi astrungunt, secus intrinsecus? Quid hein? Argumentationis consilia iam transiit. Disputatio nostra est, num suprema quae nulli credendum proponitur nisi post ferventem maturamque examen? Quod posita, peracto examine, partes captivare intellectum debent iudicis definitioni, non inserti luminis naturalis suppressionem. Quin contra rectus naturae ordo praecipit ut iudicium inferioris, superioris iudicio subiciatur. Provoce Barbeyracus, Pufendorfos, Budaeos, omneque heterodoxos transalpinos, ut respondeant huic interrogationi? Si Christus Dominus nunc, ut olim, sederet, non Hierusalem, sed Romae, in congregato Concilio omnium lecturam, & cuiusque lecta rationibus, disputationibus, quae voce, quae scriptis aditis, definirent tandem, hanc praeter aliam lectam veram profiteri religionem, verumque fidei Scripturae assequi sentium; suppressum ne tum esset rationis lumen? Quid multitas? Quid hicis? Deus tum, inquis, iudex esset, qui nec fallere, nec falli valet. Bene habet. Sed hoc tantum insert, quod tu divinae definitioni submittendo iudicium non errares. Quae est illi, num haec tui iudicii subiectio divinae definitioni rectae rationis ulum supprimit, impediatur? Si ais; ergo Protestantibus subiciendo proprium iudicium divinae revelationi, medio spiritui privato representante, rationis lumen extinguunt. Si negas; ergo subiectio iudicii tui, superioris definitioni non supprimit rationis lumen. Quid ad haec? Non cavillari audebis, rationis lumen non supprimit, quando divino iudici mens non fra subiciatur; & contrario vero rectam rationem destruis, si haec hominis definitioni parere debeat, eidemque falces submittere? Extincta ergo rationis fax in electo populo Iudaeorum, quando Iummis Sacerdotibus, quando Aaroti, Moyfi, Salomoni, Davidi, Ilaie, Ieremie, ceterisque Prophetis mentis obsequium praestitum ab illo fuit? Finge, dicendum in terris, Deum constituisse suum Vicarium in rationis, qui, post auditas dissentium partium rationes, quid in haec, quid in illa controversia iustum, quid verum, quid fide credendum, quid reiciendum sit, definit.

Cons. Theol. Tom. VI.

An negabis, hoc fieri a Deo posse? An non factum in electo populo Iudaico? An non factum in Ecclesia christiana, dicam ego loco suo? Positione autem admitta istius iudicis, Dei vices in mundo christiano gerentis, inferri ne iure potest, eiusdem in controversiis componendis definitiones extinguiere in litigantibus rationis lumen? Patet ne ad effugium rima aliqua?

VII. Profligato ex hac parte vanissimo five Barbeyraci, sive Bentley sophismate, ex altera parte iugulum Lutherano, Calvinianoque petimus, omni ad effugium oculata ianua. Aut admittendum respici in vera Christi Ecclesia est iudex supremus, falli necius in definitis religionis articulis, aut in christiana societate tot sint religiones, quot sunt capita. Doctissimi Catholicorum viri luculentissimis demonstrationibus hanc evicerunt veritatem. Quare actum agerem, si in ea illud otio abuterer; postquam quod obiter, & provocatus hoc de argumento verba facio. Quid quod vel ipse impius *Antoine Collins* in suo sermone de *Libertate cogendi* evincit, aut *Tolerantissimum* omnium lecturam, & ipsum denique *Atheismus* vi examinis Lutherani & Calviniani admittendum; aut Catholicis Romae Ecclesiae irrefragabile iudicium subiciendum esse? Et, ne quis suspicetur me haec ex ingenio asserere, referam quae scribit Barbeyracus in praef. cit. ad *observationes* Bentley pag. 31. *Itaque mirandum haud est (Catholicos Romanos) Belgii blanditiis sibi demeruisse D. Collins. Viro profestante egebant (Catholici Romani) qui ad ultimos abusus gradus cogitandi libertatemurgeret... Hac rixus consideratione D. Bentley satis clare indicat variis in locis (D. Collins) ad laborasse pro communione Romana contra Protestantes: ne quid fiat abique consilio. Quaedam quoque addit, quae suspicandi occasionem praebet, matrem D. Collins fuisse Catholicum Romanum, quae filio sua commentiorum principia insinuat.*

VIII. Hec rescribenda erant, ut orbis literarum intelligat, quam amenci sint Protestantes nostri. Antonio Collins Catholicis opus erat, ut vincerent Ecclesiam Lutherana, & Calviniana turbas esse aethalicas, fanaticas, furentes, caecas, abique duce, abique capite, abique iudice, abique ordine? Turbas confusione, perturbatione, caligine, & tenebris undique circumfusas? turbas in quibus quique id credit quod proprium fingit ex Scripturis divinis credendum iudicat? Turbas, in quibus Manichaei, Cerinthiani, Origeniae, Pelagiani, Ariani,

Iconoclastæ, Albigenes, Sociniani, Anabaptistæ, & quotquot hæreticorum sectæ fuerint, erantque, tolerandæ sunt? Impio Antonio Collins opus erat Catholicis, ut hoc evincerent, si vel rudiores, quin vel ipsam catholicæ religionis, vultus has splendidissimas veritates continenter in ore habent? Dicant potius adversarii nostri, Catholicorum causam adeo esse evidentem, adeo exploratam, ut vel ipsi impii Atheismæ agnoscant; contra, Protestantium errores adeo crassos esse, adeo turbulentos, perniciosos, ut vel ipsi impii, in quorum numero sunt Hobbesius, & Collins, illos derideant, improbentque. Latius hæc trahere institui mei ratio non finit. Sepe et via digredior, Pufendorfii, Barbeyraci, Thomasi, Heineccii, Budai, quos refello, intempertivis, nedum falsis, impolitis adversus Catholicos ubique intrusis, & sparsis provocatus, & coactus.

IX. Panca, quæ in hac prolegomena dissertatione obiter delibavi, summopere confirmant, quæ supra dicta sunt, videlicet in universo terrarum archæ sectam haudquam reperiri cæciorem, pervicacioram, & (ut venia verbo) solidiorem Lutherana & Calviniana. Quod sit dictum absque præiudicio doctrinæ & eruditionis qua in aliis religionibus scientiis harum sectarum plurimi præstant. Transcursu sit oportet, & statua, qui tum ex Lutheranis, tum ex Calvinistis plurimos viros doctissimos eruditissimosque non susciperet. At in religionis adversus Catholicos controversiis nec unum me legisse scio quem ipso communi sensu exutum, cæcum, omnia prece inpollutur, & calumnias, atque ex insidiis agentem non invenierim: quod nemo cordatus negare potest.

X. Colligant hæc Italiae nostræ fæderæ nonnulli, quantum a via hæcenus aberrant recta, dum in addiscenda iuris naturalis scientia, omissis lippidissimis fontibus, lulentissimas Protestantium lacunas adierunt. Plus ex una hac de re S. Thomæ questione doctrinæ, quam ex integris Pufendorfii, Heineccii operibus indepti fuissent. Ex alia parte præiudicis, & erroribus illorum mentes inquinatæ non essent, neque in religionis fervore adeo tepescerent. Sensim sensim illorum librorum lectio quodam erga religionem tepore animos afficit, contemptibilem auctoritatem supremam reddit, &

infirmas humane mentis vires plus iusto exaltat. Dicteria illa, scommata, vellitaciones, derisiones Patris, Patrum &c. quæ in illorum libris passim occurrunt, veligia in lectorum mentibus imprimunt, quæ animus a recta deducitur via; & heinc paullatim languescit fides, caritas extinguuntur, & tandem aliquando impietas succedit. Atque illud omnium malorum maximum est, quod scituli nostri, catholicæ doctrinæ armis nudati, & antequam veræ doctrinæ luminæ mens illustrata sit, hæreticorum libros revolvent, satyras, pæramias, censuras, scommata memoriter adducunt, & errores ignominanter epotant. Iple audivi plurimos, cum de senore in Italia nostra bellum arderet litterarum, inclamantes, divinas Scripturas ad rectæ rationis tribunal exigendas esse, errasse Patres, desipuisse Scholasticos; signatur esse super nostrarum antiquarum mentes rationis lumen, istud consulendum; nihil iussisse Christum quod non sit lege naturali præceptum. Heinc colligebant: moderatam ultram haud esse prohibitam; quæ gravissima præiudicia, & iniquas præceptiones et tranalpinoorum hæreticorum lectione didicerant. Pudere autem illos deberet ab hostibus sanandæ infirmitatis pharmaca, & a catholicæ religionis derisoribus inveniendæ veritatis lumen emendicare. Numquam ergo hæreticorum libri legendi. Legantur, facultate habita, non repugno. Sed prius christiana doctrinæ fundamenta altius præiudicantur, prius catholici Doctores consulantur; & postea hæretici legantur, tamquam hostes, qui insunt vasis suæ consulendum; facere student. Verum, nisi illos resiliendi occasio adit, si illos penitus neglexeris in religionis controversiis, latius tibi erit. Quoniam vix aut controversiam philosophicam, aut punctum eruditionis tractare insensibilis hi hostes consuecunt, quin religionis causam, & papatum eidem immiscant, & inpollutur calumniaque fide mala excogitatas interlerant, ac Catholicorum privatorum abulus, vitia, & corruptelas in ipsam Romanam Ecclesiam regerant. Porro imperiti lectores, haud suspicantes tantam in filiis ancillarum fraudem, calumnias pro veritatibus deglutiant, illorumque factis, & artibus non raro capiuntur. Tutæ ergo res erit nullam cum illis habere commercium.

LIBER PRIMUS

DE IURE NATURÆ, ET GENTIUM, DEQUE POSITIVO, DIVINO, ET HUMANO.

DISSERTATIO PRIMA.

DE HOMINIS OFFICIIS, SEU DE ACTIONIBUS HUMANIS.

CAPUT I.

De Deo, & homine, quatenus sunt iuris naturæ principia. S. Thomæ doctrina, quæ exacta hominis idea refertur, & fundamenta moralitatis præiudicantur. Eorum quæ de origine entium moralium scribit Samuel Pufendorfus, examina.

I. PRæponens universi conditor Deus, quem admodum omnia ex nihilo creavit omnipotentia summa, ita sapientia infinita res omnes tum invicem, tum ad seipsum mirabili ordine disposuit, atque ordinavit. Res omnes ratione destitutas, seu partes componentes hoc universum, concinna harmonia aptavit, easdem hominis servituti commodissime subiecit, hominem sibi artificio vinculo devinxit, atque omnia tandem in suam omniverent. Ordo iste regula est, & mensura actuum humanorum, seu moralium. Actus quippe isti sunt moralitatis, seu bonitatis, & malitiae, subiectum, cui insunt modi isti morales. In hoc pro modo ordine ius naturæ, ad quod cæo ad amissum, hominum officia devocantur, & a quo dirigantur, situm est. Hinc apparet, Deum ut primum, hominem ut secundum, principia esse naturæ iuris. Ordo enim qui elucet in rebus omnibus, a Deo est, sicut res ipse quibus inest. Actus vero hominis ab hoc ordine dirigendi, & recta ratio ipsa dirigens ab homine proficiuntur. Homo ratione præ ceteris illius universi creaturis ornatus, tria respicit; Deum quem colit; seipsum regendum, moderandumque; ceteras creaturas rationales, quibus eam societatem componit. En universum regnum iure naturæ dirigendum, & in Dei, a quo omnia proficiuntur, gloriam ordinandum.

II. Hæc omnia explicat Angelicus doctor peripicuitate summa. Clamabant Pufendorfiani, Thomastiani, Heinecciani, Wolfiani nos, ratione domi relicta, auctoritate armatos in campum progredi. Sed falluntur eruditi homines. Nos AQUINATIS nostri doctrinam non ideo in medium afferimus, ut eidem faces illi submittant; sed ut illorum pubidandam iactantiam, qua sibi iuris naturæ scientiam vendicant, retundamus; ut dicant, ac, velint nolint, fateantur, hæc provincia unum S. Thomam felicis exornasse, ac uberior, non dicam Lutherani, & Calviniani, qui eam erroribus crassissimis resperferunt, sed ceteris omnibus qui aut præcelestem, aut secuti ipsam tum, illustrasse. Hæc autem, tamquam fundamenta iuris naturæ, & moralitatis, præmittit S. Thomas Aquinas in *Lit. I. Eth. lect. I.*
 III. S. Sapientis est ordinare: cuius ratio est, quia sapientia est positiva perfectio rationis, & cuius proprium est cognoscere ordinem. Nam, si vires sensitivæ cognoscunt res aliquas absolute, ordinem tamen unius rei ad aliam cognoscere, est solius intellectus, aut rationis. Invenitur autem duplex ordo in rebus. Unus quidem partium alicuius totius, seu alicuius multitudinis ad invicem, sicut partes domus ad invicem ordinantur. Partes est ordo rerum in finem; & hic ordo est principalior quam primus. Nam, ut Philosophus dicit in undecimo Metaph. ordo partium exercitatus ad ducem. Ordo autem quadrupliciter ad rationem comparatur. Est enim quidam ordo quem ratio non facit, sed solum considerat, sicut est ordo rerum naturalium. Alius autem est ordo quem ratio considerando facit in proprio actu; puta, cum or-